



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

7. Pactio Schoneflitana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

1655.

Episcopali jugo anteserre. Nota sibi
Principis ac Capitularium consilia, qui
post occupatam militibus civitatem, pro
arbitrau acturi sint cum ea, arcemque
valido cum præsidio imposituri; quo jugo
capti Monasterienses ea demum imperia
patientur, quibus Padibornani, Mogun-
tiarn, aliasque hujusmodi per Germaniam
Civitates premi constaret. Hæc jam
dudum præconcepta esse; DEI tamen
beneficio, curaque Civium ac vigili ha-
stenus sollicitudine frustrata. Injuriæ
externam præfecto, infamiaq; apud po-
steros, Nepotésque notam se incursu-
ros, si demum hodiè ultrò ea concede-
rent, quæ exantlatis tot laboribus ac
molestiis, fidi Majores hucisque fortiter
ad eò conservâllent.

Enimvero hoc vulgi tumultu indies
crebrescente, Magistratus offendit ma- 7.
gis cā inconstancia, injuriāque Princi- Senato-
pem pertimeicens, singulis in Urbe Tri- res co-
bubus ex ordine Senatorio nonnemi- nantur
nem adjungit, qui pro suā apud mul- plebem
titudinem autoritate, ad exuendam hu- mollire.
jusmodi contumaciam, populum horte-
tur, & explicit copias obſidentium opi-
nione majores, si deficerent, etiam quo-
tidie à virib[us] Confœderatorum nullo
negotio augeri posse. Externum subsi-
diū frustra expectari: Succos in Po-
loniam

1655.

loniam moliri ; à Batavis damnoso nuper Anglorum bello implicitis , parūm profectò opis sperandum ; aut certè , si cuius spes esset , ex Religionis discrepantiâ nec ipsis decoram , nec salutarem fore. Persuaderent sibi , neutrum Imperio hostem se velle : vellet autem , quisquis Monasteriensem Principem cum tot aliis fœderatum lacefferet. Quem igitur , aut undè liberatorem adventurum ? Hominem esse malo publico facundum , quisquis contrarium suaderet. Et certè ad Principis famam spectare , obsidionem nunc , cum incæpta esset , non omittere ; & quibus non difficultatibus ex eo Civitas involveretur ? Quid si enim arctiore obsidione eam circumvallet ? commeatu intentius , commercioque omni intercludat , machinis urbem quatiat , igne devastet , aut certè cives fatigando tempus trahat , quid non incommodi securum ? è contra Civi nunc ab inducendis præsidariis non exiguum lucri spem offerri. Ideoque contumaciam ponant ac Principis indignationi , Urbisque ac patriæ excidio postulatorum haud iniquorum concessione prudenter antevertant.

*In Ca-
stris alij aulâ , qui inter eam obseßæ Civitatis ob-
arma.* Sed nec deerant in Castris , ipsaque stinationem , uti militari pollebant animo , ingenioque , arma & ultionem contendebant,

1655.

bant, unicum læsæ authoritatis remedium: obfirmatos plebis animos vi frangendos esse: diuturnâ illâ facilitate ac clementiâ nihil aliud effectum, quam ut Princi-
pî obedientia, perduellibus timor ad-
emptus sit. Tormenta atque acies ag-
gressioni parandas, sibi quidem promp-
tum esse Urbem adoriri, & expugnari
eam posse, plurium etiam belli perito-
rum judicio, intrâ dies omnino pau-
cos.

*Alij pa-
cem sua-
dent.*

At verò certantibus ita plurimo- *Tandem*
rum utriusque consiliis, eorum tandem Princi-
hortatu & operâ, quibus majori curæ pem in-
quies erat, Principem inter ac Sena- *ter* &
rum, Populûmque Monasteriensem con- *Urbem*
cordia his demûm conditionibus ac te- *conveni-*
nore sancita est. *tur.*

Notum sit hisce, cum inter Celsissi- 8.
mum Principem ac Dominum D. Chri- Pactio
stophorum Bernardum Episcopum Mo- Schone-
nasterensem S. R. I. Principem, Burg- flitana.
gravium Strombergensem, Dominum in
Borculo &c. ex unâ, & Consules ac Se-
natum, nec non Tribunos-plebis as
Tribuum Magistros, totamq; commu-
nitatem Civitatis suæ Monasteriensis
ex alterâ partibus, occasione quarun-
dam per Bernardum Mallingcrotium
Cathedralis Ecclesiae Decanum, (quem
Celsitudo sua iam ante suspensum, irre-

R *gularem*